PROTEVS
ſiue
ORATIONIS ARGVMENTVM
Pro ſolemni Studiorum auſpicio
PERVSIÆ MDCXLVII. Non. Nouemb.
Quærebat Laurentiana in Baſilica
FELIX VERDVCCIOLVS
in Patrio Auguſto Gymnaſio Publicus Rhetor

GALLIA
OBITER LAVDATA.
Ad Eminentiſs. Principem
MICHAELEM
CARD. MAZZARINVM
AQVENSEM ARCHIEPISCOPVM.



PERVSIÆ. MDCXLVII.
Apud Hæredes Petri Thomaſij, & Sebaſtianum Zecchinum.
SVPERIORVM PERMISSV.

PROTEVS

sive

ORATIONIS ARGVMENTVM

Pro solemni Studiorum auspicio

PERVSIÆ MDCXLVII. Non. Nouemb.

O[illegible] [illegible]aurentiana in Basilica

[illegible] VERDVCCIOLVS

in Patrio Augusto Gymnasio Publicus Rhetor

GALLIA

OBITER LAVDATA.

Ad Eminentiss. Principem

MICHAELEM

MAZZARINVM

AQVENSEM ARCHIEPISCOPVM.



PERVSIÆ. MDCXLVII.

Apud Heredes Petri Thomasii, & Sebastianum Zecchinum.

SVPERIORVM PERMISSV.

EMINENT.ME PRINCEPS.

QVI Te dies Romanæ Purpuræ felicissima inauguratione dedit, plausus excitauit innumeros, non tam MAZZARINIAE GLORIAE, quàm ipsi Romæ, & Purpuræ, adeòq. Orbi Christiano gratulantium. quippè Sanctissimum Vestri Ordinis Pontificem PIVM V. ille dies loquitur, parta olim de Turcis lauro triumphalis; 7. Octobr. 1571.
& ab Oriente ianuam pandi, læti videmus, pulcherrimæ expeditionis. Præcipua tamen Italiæ GALLIAEQ. studia NOVO SVO LVMINI ET AMORI micuere. nec solis Magnatum vocibus, sed nostris quoquè popularibus ea acclamandi plaudendiq. libertas fuit. &, quæ Tua est humanitas, PRINCEPS, Dignitate non minor, nullum hominum genus excluditur. patent vltrò faciles aditus, & benignioris Genij fulgor inuitat. Audaciam itaq. vel obscuri ignotiq. hominis nemo iustè culpauerit, cultum suum MAGNO PRINCIPI cum gratulatione exhibentis. imò veriùs, extra culpam Tu pones; & Tua securum SECVRI supplicem hunc Girald. de Dijs gent. Syntag. 5.
Proteum voles; Proteum Veritatis vindicem, vt

Ve-

Veteribus placuit, non mutabilem illum aut Sophistam, sed & alicubi, illustri nec illaudato aliàs exemplo, hìc quoquè lætiora vaticinantem (auguror & voueo!) fe- lici pectore *;æterni interim obsequij certè, atque humillimæ venerationis testem obsidem, sincerum fidum. &* *qualecunque* Argumentum *addictissimæ voluntatis, quam veluti votiua tabula sacram libens meritò Dico MAZZARINIO NOMINI, leuiculum* Orationis Argumentum *admittes; si minùs ab arte vel ab ingenio, ab* Argumento *fortasse aliquo placiturum Tibi. Felix pagina, si manus Tuas tetigerit; si radium vnum hauserit Tuæ Lucis, victura. Quæ vna, nè diffitear, ambitionis meæ summa; nec affectum in* Argumento *satis aperui, si supra votum Hispani vatis ausim optare. Sed non ausim, MAGNE PRINCEPS. ergò liberè & ex animo;*


Sanaz. de part. Virg. lib. 3.

Martialis Lib. 5. epig. 1.

Tu tantùm accipies, ego Te legisse putabo;
Et tumidus GALLA credulitate fruar:

Sic geminato coniuncto Lumine, POLLVCEM CASTOREM, MAZZARINIA SIDERA, nescia Occasus, videat fruaturq. diu perpetua Italiæ, GALLIAE, Terrarum felicitas. Perusiæ.

VE-





ELIM ſcire, quid tandem noxæ futurum ſit (N.N.) recurrẽtibus ſolemniũ ſtudiorum initijs, & quo piaculi genere luendum, ſi latebras ſemel quærat Orator, tantamq. lucis celebritatẽ vt immeritus vitet, Auditorum ſimul commodo conſulturus, ſimul deſidiæ ſuæ vel famæ. Aliorum beata Profeſſorũ condicio; quibus neque id onus incumbit, & nunquam ita præfinitur auſpicalis dies, vt procraſtinare ſit nefas, & capitale ſuum ſtudiorum cætum per aliquod tempus differre. Honorarium modò mulctam ſentit, ſi cauſſa abſentiæ non ſubeſt, cum alioqui impedito ſilere liceat impunè.

Nimis Rhetori ſeueræ dictæ ſunt leges, qui per vices quotannis primus prodeat,

Vt præco, ad merces turbam qui cogit emendas. Horat.

qui veluti claſsico Iuuẽtutem ab autumnali otio ad negotium reuocet literarium, & ritè auſpicata pandens Lycæi limina, inire vel reluctantẽ compellat.

pellat. quasi verò non hæc reuolet vndique sua sponte certatim, aut non illa vltrò pateant, tot inclytis humanæ Diuinæq. Sapientiæ Mystagogis inuitatu benigno conuocantibus.

Neque par prophana, quæ sacra difficultas in exedra. Si è tot scholis vnam facias, non tamen hoc theatrum æquaueris, quo certè Perusia non habet augustius & maius; vbi collectum videas, quicquid apud nos præclarum videre possis, & splendore Dignitatis, & Nobilitatis merito, & prærogatiua Virtutis. Illic vel dissonos inter obstrepentis, & complaudentis Auditorij clamores, tenui quantumuis ac lãguidæ locus est voci. hic vigor pectoris, & firmitas laterum poscitur, quò maiore in silentio, hòc validior. Illic disce re cupientes, hoc est suo minores Magistro, dicenti docentiq. dant operam; hìc ipsos doctrinæ proceres, & omnium Magistros artium clarissimos, ab vnius ore pendulos, Auditores spectas & Iudices. vt iure ingratum hunc diem, molestum hoc munus mihi equidẽ seriò ducam.

Et ignoscat verbo Æsculapius. non ego sanè tam vecors, vt afflictam valetudinem præoptauerim; satis tamen quælibet vmbra languoris ad tegendam ignauiam fuisset; nec mihi *febriculæ æstus* ardorem dedisset ad dicendum: Adeò ætas prouectior, vt nescio cui Corneliano Seni, eloquentiæ famam, si quæ modò vnquam fuerit,

Annal.lib.4.

per

per impatientiam silendi non minueret; posseq. tam facilè sub Pythagora æuum esse, quàm horam; & proferrem de alijs ego, *Ipse dixit*, de me nemo. Quáquam non ea me ratio mouet, quòd vestra iudicia nimis timeam, quæ supra votum, toties, ne dum supra meritum, tam liberaliter in me sensi benigna. & de voce posśim vtcunquè non admodùm videri sollicitus. Dicam sinè ambage quod res est. Vna eaq. maxima angit cura, quod *Orationis argumentum* reperire plausibile, & huic aptum loco, congruum tempori, difficilius mihi est, quàm vulgo credunt. Quidnì igitur per expertam sæpiùs humanitatē vestram hoc anno omiserim, vt in præsentiarum non dicturus; sed excusaturus saltem accesserim? fortasse, vt olim Comicos audire non malos memini, qui Comædiam in Comædia darent, *sic* ego aliud agens Orationem hodie faciam non Orationem. & sit dictio infra soccum, adeò non ad cothurnum, modò vobiscum liberè detur, consilio nō quasi publico, sed vt priuato deliberare colloquio, quid mihi demum consilij quid *argumenti* in posterum statuatis. Cic.

Nec planè rudem, vt superbè dixerim, aut nouum in hac palæstra me fateor; sed rapit dubium nimia libertas; vt in illustri & illuni nocte æternùm lucentes faces; vt in amæno & vernanti hortulo benè olentes, bellè ridentes flosculi.

Itaq. cum multa sese in vnum obijciunt, optio implexa & obscurum solet esse iudicium.

Biennium est, cùm non inuito prorsus Apolline, vobis certè non improbantibus, pro *Oratore Medicum* egi. An iterato conatu nunc agam; & pergam, percurandi studio, Gymnasticæ illius tabis caussas altiùs inquirere; in id sedulò intués, quod princeps artis monuit, *nè quid insit in morbo diuini*; & præsens decretorium pharmacum petam à Numine? cuius immortale munus data mortalibus SAPIENTIA, sordidas vitiorum labe mentes dedignatur inuisere, pulchræ tantùm hospita honestatis, moribus tantùm amica bonis, Religionis socia, pietatis comes; quæ IN MALEVOLAM ANIMAM NON INTROIBIT, NEC HABITABIT IN CORPORE SVBDITO PECCATIS.

Arg. Orat. 1645.

Hippoc. prognost. 1.

Sap. c. 1.

Et aliquid de ventoso quorundā fastu addam, de philotimia, philautia, ambitione & amore sui; de acerba sciendi opinione, elatione animi; qui Socrate meliores, omnia se assecutos ingenio, nihil ignorare contendant; sapientiores Solone, qui turpe putent aliquando Magistros habere, & reliquum esse quod discant. tum ijs illud inculcem tanquam ex tripode; *Multos ad Sapientiam potuisse peruenire, nisi putassent se peruenisse.*

Senec.

Et de Docentium dignitate aliquid, qui, suis rebus relictis, aliorum commodo toti vacant, &

tam

tam multos quotidie ad Aulæ & Orbis lucem, ad Præfecturas, ad Fasces, ad Infulas, ad Purpuras mittunt, ipsi interim in obscuro vel neglectu; haud dubiè laboriosè functi

..... vice cotis, acutum Horat.
Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa secandi.

qui ea beneficia in omne humanum genus conferunt, quibus reddi par gratia nè à gratissimis quidem potest.

Et de Institutione Iuuentutis non nihil, cui ad magna natæ, vel non segniter progredienti, subijcienda nihilominùs altè calcaria,& Virtutis igniculi subinde excitandi, quò alacriùs hoc asperum iter currat, metam tangat, palmã capiat.

Et illud laudatum *Orationis argumentum*, eruditis Sapientiæ cultoribus laudes reddere, monstrare præmia, Honores Opes; nec absurdum, vario themate ingenioq. variarum Artium nobilissimarum encomia redordiri.

Et *Armorum* quidem, *ac Litterarum fœdera*, & imaginaria *Belli bona* laudata mihi semel sunt satis. Quàm benè æternæ Ireni nunc supplicem,& tot iam annos exulem auream illam Pacem suspirio quæram? O' vtinam! plus nimio infeliciũ portentorum hactenus, & funestæ calamitatis sparsere tot Regnis Vesuuiana incendia. Iam lætiore ostento euentuq. SPES PVBLICA Vaticano fulget à LILIO, terrarum Iride. & quando ni-

Arg. Oratt. 1641. 1643.

Pagan. de Phil. Rom. cap. 80.

Ex differt. Acad. R. P. Clem. Tosi Siluest. Gen. pag. 14.

niueam pacatæ ramusculum oleæ ferentem rostro COLVMBAM, aduentantis prænunciam felicitatis, in reperto nuper Romæ nummo, Vrbano adhuc regnante, ostendit Deus, in Optimo successore mox dedit; hic tandem esto, qui potentium Regum corda conciliet PASTOR INNOCENS ANGELVS PACIS: & tot immanium bellorum apparatus, tot validissimarum gentium manus, coniunctis animis viribusq; ire feliciter videamus in barbaros Thracas, qui heu nimiùm superbè Christiano nomini illudunt; & quorum vna est Fides, vna Religionis tessera, sit vnum pariter militiæ sacramentum, vna victoria, vnus triumphus.

Sed & Patriæ charitate moueri decorum & dulce; quæ vltro occurrit oculis offertq. sese Maiestate verenda, aspectu formosa, suffulta armis, stipata libris; illa vetustate nobilis, nouitate felix, fæcunda Ducum, fæta Sapientibus, Musarum alumna, Martis soboles; quæ latè olim ab infero ad superum dominata mari, sceptra circumtulit, iura dedit, legum arbitra, magistra militiæ; populis implorata socijs, dilecta principibus, æstimata regnantibus, amica fidelibus, formidata rebellibus. Quæ ad Apenninum Regiam habet, amænam & fortem, præpinguibus circa glebis, mitibus vndique auris, vbique mollibus iugis, vnde alta procul ostentat munitissi-

ma

 34

ma oppida, cultissimas villas, & apricos colles, fertiles campos, quos amat Ceres, Bacchus colit, Pomona inumbrat, pingit Flora; prodigiosè luxuriante vindemia cum messe, cum Vere Autumno certante; vnde & olearum siluas, saltusq. & nemora, & flumina & lacus, delicias Palladis, Dianæ studia, Faunorum sedes, & hospitia Nimpharum. Regiam stellari forma, siderum æmulam, Etruriæ sidus, Cæli suburbium; Conditoribus claram, frequentem indigenis, celebrem aduenis splendidam ædificijs templis magnificam, mœnibus fontibus vijs pulchram, Viridarijs turribus porticibus lætam; vbi tot Sapientiæ Collegia, Doctrinarum scholæ, tam sæpe Purpuratorum Patrum, nec raro Summorum sunt seminaria Pontificum; magna atque illustria præsenti futuræq. vel patriæ vel exteræ Nobilitati magnorum incitamenta decorum, & heroicarum exempla Virtutum. Perusia belligero superba Grypho, COLVMBA INNOCENTI beata, (& Te Monalde Antistite, & Te sospes Præside Caballette) Ciuitas illustris, æterna, inuicta fide, Religione inclyta, potens, pia, Augusta; pronubo VIRGINIS-MATRIS Annulo, frementibus inferis, plaudentibus Superis, gratantibus terris, Cælo desponsa.

Et immensus, fateor, hic patet oceanus; quem tentare tamen ipse non ausim tenuiore hac

cym-

cymba. Velificatur in eo iampridem Cl. Collegæ flatu proſpero diues induſtria; quamquam verò ſulcandum adhuc multum ſupereſt, & vix animo metienda vaſtitas. feratur ergò ille ſecundiſſimo curſu, qui vnus maximè facit, vt ſuos Ariſtides Romæ Peruſia inuidere non habeat. Nos tantùm acclamamus è littore, veteri formula; I felix. Quid autem? quòd ſubridentes hìc videor mihi videre non paucos, & obmurmurantes iam propè clariùs audire?

* Arg. Or. Cl. Col. 646. Si *propugnata* nuper, nullo oppugnante, ad ingenij famam & eloquentiæ laudem, *Hiſpania*; cur ſuo GALLIA carere debet elogio? cuius haud dubiè non minora ſunt merita. *Hìc Rhodus, hìc ſaltus.* hìc enimuerò certamen debes amicum, & vltrò oblatum, non curioſè quæſitum, *Orationis argumentum* arripere. Suus eſt cuiq. Prouinciarum, inter Studioſos per Bacchanalia, genialis triumphi annus. Candidis aureæ facundiæ quadrigis ad iuſti formam triumphi, *bellatrix illa viris armiſq. nobilis*, vt loquitur Florus, *Hiſpania* (Lib. 2. c. 6.) anno extulit ſeſe; nè deſit nunc ſua tantarum æmulæ laudum GALLIÆ laureola, & ſaltem Ouatio. Nobiles certè exteros, qui Auguſtum Gymnaſium inſigniter celebrant, par eſt, ſuarum gentium celebratis quandoque nominibus poſſe gaudere. Hiſpanicæ gloriæ prima & inuidenda, illo dicente, ſors fuit: pateat viciſſim

ali-

aliquis GALLICO nomini locus; mox Germanis & Polonis, mox & Ianuensibus, & Siculis, & Neapolitanis, cæterisque suo ordine, suo iure triumphaturis.

Bene est. quid tamen hoc ista loco me deceant, aut tangant? Inter familiares amicorum congressus, fallendi temporis gratia, citra culpam sit, sinè ira & studio priuatim aliquid ludere; & agnino tantùm, non *lupino ingenio*. Absit publicè. nec ego Gallior GALLIS, vt quidam Hispaniores Hispanis. & terris omnibus mihi nostra potior Hesperia; *Domina, Regina; Cælestis, nec Europæ solùm, sed totius Orbis Princeps; omnium terrarum alumna, eadem & parens ITALIA.* An panegyrim GALLIS texam, cui elapsa temere & sinè fraude vocula, penè fraudi fuit? quam theatrali plausu exceptam post biennium adhuc meminere non pauci; *quid GALLVS vincat, quid amittat Hispanus.* Nō faciam. Ancipiti nimirum caussæ diffidimus, vt periculum sit, nè videamur elephantum facere è musca, è cloaca Templum. Imò verò quid non millies decantatum recantem? & *cui non dictus Hylas?* vel quæ non passiuæ laudes, obuia encomia, audita, lecta?

Mamert. Æthic. Dionys.l.1. Plin.l.3. c.5.

Saluberrimam cælo regionem, pulcherrimam situ terram, irriguam fluminibus, maribus commodam, littoribus portuosam, diffusam campis, amplam finibus, nullibi otiosam, vbique amæ-

Sen. Nat. q. lib. 5. c. 17. lib.3.c.6. Strab.l.4.

Solin c.23. Hir. de bel. Af. nam & fertilem, omni ad animantium vſum fæ-tu beatiſsimam; Homines gignere apertos mi-nimèq. inſidioſos, fallendi ignaros; ingenio ſim-

Strab. Iulian. Cæſar in Miſopog. plici; adulandi neſcios, liberè ac ſimpliciter cum omnibus æquabiliq. iure viuentes; homines li-berales auri, prodigos vitæ, tantùm auaros laudis,

Bud. de Aſſe l. 1. Barcl. Ic. c. 3. & tam auidos gloriæ, quàm capaces; ad comita-tem ad hoſpitalitatem factos; homines decorè

Pauſ. in Phoc. Iulian. lib. 8. Æneid. proceros, ſplendidè pulchros; quibus, vt Maro cecinit, *aurea cæſaries, veſtis aurea, lactea colla*;

D. Iſid. Hiſpal. æthim. lib. 9. c. 2. quibus nempe lac ipſum, cæleſtis Galaxia, Se-mideum domus, Deorum ſemita, candidum immortale nomen indiderit, ad gemini cando-ris indicium illuſtre, animorum & corporum; affuſaq. benigniore luce liberaliter radiatos, ad melioris ideæ ſimulacrum, Venus vltrò ſtudioſa formauerit; non tamen effæminatos & molles;

Tertul. de Nupt l. 1. c. 4. nec magis GALLICI vultus, quàm GAL-

D. Ambr. in obit. Theod. LICANI laudentur exercitus; ſed amico pa-riter Marte, raroque Virtutis ac formæ fœdere;

Pharſ l. 2. lib. 2. c 9. 4. Hon. l. 4. Od. 14. Pol. l. 2. c. 7. eoſdem fortes, *cum Lucano, cum Hegeſippo* fero-ces, animoſos *cum Claudiano*, non pauentes fu-nera *cum Horatio, cum Ariſtotele* bellicoſos, om-nium hominum ad ſubeunda pericula *cum Aelia-*

Var. hiſt. l. 12. c. 24. *no* promptiſsimos, & omnium acclamatione po-pulorum militari laude præcipuos.

Quorum Maiores olim, effractis hinc Pyre-næorum, hinc Alpium repagulis, abundante

mul-

multitudine, velut torrente quodam effusi, latè Orbem inundarunt, ad Orientis confinia, & *Gaditana littora*; amplissimis inter omnia infensa infesta constabilitis imperijs; vnde & GALLIÆ Cisalpinæ nomen in Italia, GALLOGRÆCIÆ in Asia, CELTIBERIÆ GALLÆCIÆQ. in Hispania. Strab. lib. 4.

Et nunc posteri victricium armorum mole, veterem illam & toti auulsam GALLIÆ partem, Belgium premunt, Germaniam vrgent, Catalauniam tegunt; & quam ante quingentos annos, Saracenis partim eiectis, partim domitis, ad Regiam Maiestatem, sub GALLO Principe Henrico, primi euexere, Lusitaniam fouent; ac simul, nulli tamen Italorum, nedum *Orthodoxæ paci*, calamitates importaturi; sed sua tantùm hereditario Andegauensium iure, vt ferunt, vel Aurelianensium titulo repetituri ab Hispano, se ostendunt Italiæ. ijdem, vt in hostili metuendi solo, in patrio semper inuicti. Cæsar. lib. 1. de bell. Gall. Tursell. Epit. l. 8. in Hen. iv. *

Nam cui, Deus bone! aliquando fuit impune, (si breue illud Cæsarianum tempus excipias, cetera vel Romano fatente, belli gloria ante Romanos) cui, inquam, impune, *asperum tactu Leonem* irritasse, *quem cruenta per medias rapit ira cædes?* Sciunt Angli, à Lotharingia fæmina diuinitus pulsi; sciunt Mauri, Hispanorum terra diu potiti, in GALLORVM terra non audita aliàs & in- Sal. in Catil. Horat. Baron. A. 725

 cre-

PROTEVS
siue
ORATIONIS ARGVMENTVM
Pro solemni Studiorum auspicio

PERVSIÆ MDCXLVII. Non. Nouemb.

O[illegible] aurentiana in Basilica

[illegible] VERDVCCIOLVS
in Patrio Augusto Gymnasio Publicus Rhetor

GALLIA
OBITER LAVDATA.

Ad Eminentiss. Principem

MICHAELEM
MAZZARINVM

AQVENSEM ARCHIEPISCOPVM.



PERVSIÆ. MDCXLVII.
Apud Hæredes Petri Thomasii, & Sebastianum Zecchinum [illegible]
SVPERIORVM PERMISSV.

EMINENT.ME PRINCEPS.

QVI Te dies Romanæ Purpuræ felicissima inauguratione dedit, plausus excitauit innumeros, non tam MAZZARINIAE GLORIAE, quàm ipsi Romæ, & Purpuræ, adeòq. Orbi Christiano gratulantium. quippè Sanctissimum Vestri Ordinis Pontificem PIVM V. ille dies loquitur, parta olim de Turcis lauro triumphalis; 7. Octobr. 1571. & ab Oriente ianuam pandi, læti videmus, pulcherrimæ expeditionis. Præcipua tamen Italiæ GALLIAEQ. studia NOVO SVO LVMINI ET AMORI micuere. nec solis Magnatum vocibus, sed nostris quoquè popularibus ea acclamandi plaudendiq. libertas fuit. &, quæ Tua est humanitas, PRINCEPS, Dignitate non minor, nullum hominum genus excluditur. patent vltrò faciles aditus, & benignioris Genij fulgor inuitat. Audaciam itaq. vel obscuri ignotiq. hominis nemo iustè culpauerit, cultum suum MAGNO PRINCIPI cum gratulatione exhibentis. imò veriùs, extra culpam Tu pones; & Tua securum SECVRI supplicem hunc Proteum voles; Proteum Veritatis vindicem, vt Girald. de Dijs gent. Syntag. 5.

Ve-

Sannaz. de part. Virg. lib.3.

Veteribus placuit, non mutabilem illum aut Sophistam, sed & alicubi, illustri nec illaudato aliàs exemplo, hic quoquè latiora vaticinantem (auguror & voueo!) felici pectore; *æterni interim obsequij certè, atque humillimæ venerationis testem obsidem, sincerum fidum. & qualecunque* Argumentum *addictissimæ voluntatis, quam veluti votiua tabula sacram libens meritò Dico MAZZARINIO NOMINI, leuiculum* Orationis Argumentum *admittes; si minùs ab artè vel ab ingenio, ab* Argumento *fortasse aliquo placiturum Tibi. Felix pagina, si manus Tuas tetigerit; si radium vnum hauserit Tuæ Lucis, victura. Quæ vna, nè diffitear, ambitionis meæ summa; nec affectum in* Argumento *satis aperui, si supra votum Hispani vatis ausim optare. Sed non ausim, MAGNE PRINCEPS. ergò liberè & ex animo;*


Martialis Lib.5. epig.1.

Tu tantùm accipies, ego Te legisse putabo;
Et tumidus GALLA credulitate fruar.

Sic geminato coniuncto Lumine, POLLVCEM CASTOREM, MAZZARINIA SIDERA, nescia Occasus, videat fruaturq. diu perpetua Italiæ, GALLIAE, Terrarum felicitas. Perusiæ.

VE-





ELIM scire, quid tandem noxæ futurum sit (N.N.) recurrẽtibus solemniũ studiorum initijs, & quo piaculi genere luendum, si latebras semel quærat Orator, tantamq. lucis celebritatẽ vt immeritus vitet, Auditorum simul commodo consulturus, simul desidiæ suæ vel famæ. Aliorum beata Professorũ condicio; quibus neque id onus incumbit, & nunquam itá præfinitur auspicalis dies, vt procrastinare sit nefas, & capitale suum studiorum cætum per aliquod tempus differre. Honorarium modò mulctam sentit, si caussa absentiæ non subest, cum alioqui impedito silere liceat impunè.

Nimis Rhetori seueræ dictæ sunt leges, qui per vices quotannis primus prodeat,

Vt præco, ad merces turbam qui cogit emendas. Horat.

qui veluti clasſico Iuuẽtutem ab autumnali otio ad negotium reuocet literarium, & ritè auspicata pandens Lycæi limina, inire vel reluctantẽ compellat.

B pellat.

pellat. quasi verò non hæc reuolet vndique sua sponte certatim, aut non illa vltrò pateant, tot inclytis humanæ Diuinæq. Sapientiæ Mystagogis inuitatu benigno conuocantibus.

Neque par prophana, quæ sacra difficultas in exedra. Si è tot scholis vnam facias, non tamen hoc theatrum æquaueris, quo certè Perusia non habet augustius & maius; vbi collectum videas, quicquid apud nos præclarum videre possis, & splendore Dignitatis, & Nobilitatis merito, & prærogatiua Virtutis. Illic vel dissonos inter obstrepentis, & complaudentis Auditorij clamores, tenui quantumuis ac läguidæ locus est voci. hìc vigor pectoris, & firmitas laterum poscitur, quò maiore in silentio, hòc validior. Illic discere cupientes, hoc est suo minores Magistro, dicenti docentiq. dant operam; hìc ipsos doctrinæ proceres, & omnium Magistros artium clarissimos, ab vnius ore pendulos, Auditores spectas & Iudices. vt iure ingratum hunc diem, molestum hoc munus mihi equidē seriò ducam.

Et ignoscat verbo Æsculapius. non ego sanè tam vecors, vt afflictam valetudinem præoptauerim; satis tamen quælibet vmbra languoris ad tegendam ignauiam fuisset; nec mihi *febriculæ æstus* ardorem dedisset ad dicendum. Adeò ætas
Annal.lib.4. prouectior, vt nescio cui Corneliano Seni, eloquentiæ famam, si quæ modò vnquam fuerit,

per

per impatientiam silendi non minueret; posseq. tam facilè sub Pythagora æuum esse, quàm horam; & proferrem de alijs ego, *Ipse dixit*, de me nemo. Quāquam non ea me ratio mouet, quòd vestra iudicia nimis timeam, quæ supra votum, toties, ne dum supra meritum, tam liberaliter in me sensi benigna. & de voce possim vtcunquè non admodùm videri sollicitus. Dicam sinè ambage quod res est. Vna eaq. maxima angit cura, quod *Orationis argumentum* reperire plausibile, & huic aptum loco, congruum tempori, difficilius mihi est, quàm vulgo credunt. Quidnì igitur per expertam sæpiùs humanitatē vestram hoc anno omiserim, vt in præsentiarum non dicturus, sed excusaturus saltem accesserim? fortasse, vt olim Comicos audire non malos memini, qui Comædiam in Comædia darent, *sic ego* aliud agens Orationem hodie faciam non Orationem. & sit dictio infra soccum, adeò non ad cothurnum, modò vobiscum liberè detur, consilio nō quasi publico, sed vt priuato, deliberare colloquio, quid mihi demum consilij, quid *argumenti* in posterum statuatis. Cic.

Nec planè rudem, vt superbè dixerim, aut nouum in hac palæstra me fateor; sed rapit dubium nimia libertas; vt in illustri & illuni nocte æternùm lucentes faces; vt in amæno & vernanti hortulo benè olentes, bellè ridentes flosculi.

 Ita.

Itaq. cum multa sese in vnum obijciunt, optio implexa & obscurum solet esse iudicium.

Biennium est, cùm non inuito prorsus Apolline, vobis certè non improbantibus, pro *Oratore Medicum* egi. An iterato conatu nunc agam, & pergam, percurandi studio, Gymnasticæ illius tabis caussas altiùs inquirere; in id sedulò intuës, quod princeps artis monuit, *nè quid insit in morbo diuini*; & præsens decretorium pharmacum petam à Numine? cuius immortale munus data mortalibus SAPIENTIA, sordidas vitiorum labe mentes dedignatur inuisere, pulchræ tantùm hospita honestatis, moribus tantùm amica bonis, Religionis socia, pietatis comes; quæ IN MALEVOLAM ANIMAM NON INTROIBIT, NEC HABITABIT IN CORPORE SVBDITO PECCATIS.

Arg. Orat. 1645.

Hippoc. prognost. 1.

Sap. c. 1.

Et aliquid de ventoso quorundã fastu addam, de philotimia, philautia, ambitione & amore sui; de acerba sciendi opinione, elatione animi; qui Socrate meliores, omnia se assecutos ingenio, nihil ignorare contendant; sapientiores Solone, qui turpe putent aliquando Magistros habere, & reliquum esse quod discant. tum ijs illud inculcem tanquam ex tripode; *Multos ad Sapientiam potuisse peruenire, nisi putassent se peruenisse.*

Senec.

Et de Docentium dignitate aliquid; qui, suis rebus relictis, aliorum commodo toti vacant; &

tam

tam multos quotidie ad Aulæ & Orbis lucem, ad Præfecturas, ad Fasces, ad Infulas, ad Purpuras mittunt, ipsi interim in obscuro vel neglectu; haud dubiè laboriosè functi

. . . . . vice cotis, acutum Horat.
Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa secandi.

qui ea beneficia in omne humanum genus conferunt, quibus reddi par gratia nè à gratissimis quidem potest.

Et de Institutione Iuuentutis non nihil, cui ad magna natæ, vel non segniter progredienti, subijcienda nihilominùs altè calcaria, & Virtutis igniculi subinde excitandi, quò alacriùs hoc asperum iter currat, metam tangat, palmã capiat.

Et illud laudatum *Orationis argumentum*, eruditis Sapientiæ cultoribus laudes reddere, monstrare præmia, Honores Opes; nec absurdum, vario themate ingenioq. variarum Artium nobilissimarum encomia redordiri.

Et *Armorum* quidem, *ac Litterarum fœdera*, & imaginaria *Belli bona* laudata mihi semel sunt satis. Quàm benè æternæ Ireni nunc supplicem, & tot iam annos exulem auream illam Pacem suspirio quæram? O' vtinam! plus nimio infeliciũ portentorum hactenus, & funestæ calamitatis sparsere tot Regnis Vesuuiana incendia. Iam lætiore ostento euentúq. SPES PVBLICA Vaticano fulget à LILIO, terrarum Iride. & quando

Arg. Oratt. 1641. 1643.

Pagan. de Phil. Rom. cap. 80.

ni-

Ex differt. Acad. R. P. Clem. Tosi Siluest. Gen. pag. 24.

niueam pacatæ ramusculum oleæ ferentem rostro COLVMBAM, aduentantis prænunciam felicitatis, in reperto nuper Romæ nummo, Vrbano adhuc regnante, ostendit Deus, in Optimo successore mox dedit; hic tandem esto, qui potentium Regum corda conciliet PASTOR INNOCENS ANGELVS PACIS. & tot immanium bellorum apparatus, tot validissimarum gentium manus, coniunctis animis viribusq. ire feliciter videamus in barbaros Thracas, qui heu nimiùm superbè Christiano nomini illudunt; & quorum vna est Fides, vna Religionis tessera, sit vnum pariter militiæ sacramentum, vna victoria, vnus triumphus.

Sed & Patriæ charitate moueri decorum & dulce; quæ vltro occurrit oculis offertq. sese Maiestate verenda, aspectu formosa, suffulta armis, stipata libris; illa vetustate nobilis, nouitate felix, fæcunda Ducum, fæta Sapientibus, Musarum alumna, Martis soboles; quæ latè olim ab infero ad superum dominata mari, sceptra circumtulit, iura dedit, legum arbitra, magistra militiæ; populis implorata socijs, dilecta principibus, æstimata regnantibus, amica fidelibus, formidata rebellibus. Quæ ad Apenninum Regiam habet, amœnam & fortem, præpinguibus circa glebis, mitibus vndique auris, vbique mollibus iugis, vnde alta procul ostentat munitissi-

ma

ma oppida, cultissimas villas, & apricos colles, fertiles campos, quos amat Ceres, Bacchus colit, Pomona inumbrat, pingit Flora; prodigiosè luxuriante vindemia cum messe, cum Vere Autumno certante; vnde & olearum siluas, saltusq. & nemora, & flumina & lacus, delicias Palladis, Dianæ studia, Faunorum sedes, & hospitia Nimpharum. Regiam stellari forma, siderum æmulam, Etruriæ sidus, Cæli suburbium; Conditoribus claram, frequentem indigenis, celebrem aduenis splendidam ædificijs templis magnificam, mœnibus fontibus vijs pulchram, Viridarijs turribus porticibus lætam; vbi tot Sapientiæ Collegia, Doctrinarum scholæ, tam sæpe Purpuratorum Patrum; nec rarò Summorum sunt seminaria Pontificum; magna atque illustria præsenti futuræq. vel patriæ vel exteræ Nobilitati magnorum incitamenta decorum, & heroicarum exempla Virtutum. Perusia belligero superba Grypho, COLVMBA INNOCENTI beata, (& Te Monalde Antistite, & Te sospes Præside Caballette) Ciuitas illustris, æterna, inuicta fide, Religione inclyta, potens, pia, Augusta; pronubo VIRGINIS-MATRIS Annulo, frementibus inferis, plaudentibus Superis, gratantibus terris, Cælo desponsa.

Et immensus, fateor, hic patet oceanus; quem tentare tamen ipse non ausim tenuiore hac

cym-

cymba. Velificatur in eo iampridem Cl. Collegæ flatu prospero diues industria; quamquam verò sulcandum adhuc multum superest, & vix animo metienda vastitas. feratur ergò ille secundissimo cursu, qui vnus maximè facit, vt suos Aristides Romæ Perusia inuidere non habeat. Nos tantùm acclamamus è littore, veteri formula; I felix. Quid autem? quòd subridentes hìc videor mihi videre non paucos, & obmurmurantes iam propè clariùs audire?

* Arg. Or. Cl. Col. 1646. Si *propugnata* nuper, nullo oppugnante, ad ingenij famam & eloquentiæ laudem, *Hispania*; cur suo GALLIA carere debet elogio? cuius haud dubiè non minora sunt merita. *Hìc Rhodus, hìc saltus*. hìc enimuerò certamen debes amicum, & vltrò oblatum, non curiosè quæsitum, *Orationis argumentum* arripere. Suus est cuiq. Prouinciarum, inter Studiosos per Bacchanalia, genialis triumphi annus. Candidis aureæ facundiæ quadrigis ad iusti formam triumphi, *bellatrix illa viris armisq. nobilis*, vt loquitur Florus, Lib. 2. c. 6. *Hispania* anno extulit sese; nè desit nunc sua tantarum æmulæ laudum GALLIÆ laureola, & saltem Ouatio. Nobiles certè exteros, qui Augustum Gymnasium insigniter celebrant, par est, suarum gentium celebratis quandoque nominibus posse gaudere. Hispanicæ gloriæ prima & inuidenda, illo dicente, sors fuit: pateat vicissim

ali-

aliquis GALLICO nomini locus; mox Germanis & Polonis, mox & Ianuensibus, & Siculis, & Neapolitanis, cæterisque suo ordine, suo iure triumphaturis.

Bene est. quid tamen hoc ista loco me deceant, aut tangant? Inter familiares amicorum congressus, fallendi temporis gratia, citra culpam sit, sinè ira & studio priuatim aliquid ludere; & agnino tantùm, non *lupino ingenio*. Absit publicè. nec ego Gallior GALLIS, vt quidam Hispaniores Hispanis. & terris omnibus mihi nostra potior Hesperia; *Domina, Regina; Cælestis, nec Europæ solùm, sed totius Orbis Princeps; omnium terrarum alumna, eadem & parens ITALIA*. An panegyrim GALLIS texam, cui elapsa temere & sinè fraude vocula, penè fraudi fuit? quam theatrali plausu exceptam post biennium adhuc meminere non pauci; *quid GALLVS vincat, quid amittat Hispanus.* Nō faciam. Ancipiti nimirum caussæ diffidimus, vt periculum sit, nè videamur elephantum facere è musca, è cloaca Templum. Imò verò quid non millies decantatum recantem? *& cui non dictus Hylas?* vel quæ non passiuæ laudes, obuia encomia, audita, lecta?

Mamert. Æthic. Dionys.l.1. Plin.l.3. c.5.

Saluberrimam cælo regionem, pulcherrimam situ terram, irriguam fluminibus, maribus commodam, littoribus portuosam, diffusam campis, amplam finibus, nullibi otiosam, ybique amæ-

Sen. Nat. q. lib. 5. c. 17. lib.3.c.6. Strab.l.4.

Solin c.23. Hir.de bel.Af. nam & fertilem, omni ad animantium vſum fætu beatiſsimam; Homines gignere apertos minimèq. inſidioſos, fallendi ignaros; ingenio ſimplici; adulandi neſcios, liberè ac ſimpliciter cum omnibus æquabiliq. iure viuentes; homines liberales auri, prodigos vitæ, tantùm auaros laudis, & tam auidos gloriæ, quàm capaces; ad comitatem ad hoſpitalitatem factos; homines decorè proceros, ſplendidè pulchros; quibus, vt Maro cecinit, *aurea cæſaries, veſtis aurea, lactea colla*; quibus nempe lac ipſum, cæleſtis Galaxia, Semideum domus, Deorum ſemita, candidum immortale nomen indiderit, ad gemini candoris indicium illuſtre, animorum & corporum; affuſaq. benigniore luce liberaliter radiatos, ad melioris ideæ ſimulacrum, Venus vltrò ſtudioſa formauerit; non tamen effæminatos & molles; nec magis GALLICI vultus, quàm GALLICANI laudentur exercitus; ſed amico pariter Marte raroque Virtutis ac formæ fædere; eoſdem fortes; *cum Lucano, cum Hegeſippo* feroces, animoſos *cum Claudiano*, non pauentes funera *cum Horatio*; *cum Ariſtotele* bellicoſos, omnium hominum ad ſubeunda pericula *cum Aeliano* promptiſsimos, & omnium acclamatione populorum militari laude præcipuos.

Strab. Iulian. Cæſar in Miſopog. — Bud. de Aſſe l. 1. — Barcl. Ic.c.3. — Pauſ.in Phoc. Iulian. lib.8.Æneid. — D.Iſid.Hiſpal. æthim. lib. 9. c.2. — Tertul. de Nupt l.1.c 4. — D.Ambr.in obit.Theod. — Pharſ l. 2. lib.2.c 9. 4.Hon. l.4.Od.14. Pol.l.2.c.7. — Var.hiſt.l.12. c.24.

Quorum Maiores olim, effractis hinc Pyrenæorum, hinc Alpium repagulis, abundante

mul-

multitudine, velut torrente quodam effusi, latè Orbem inundarunt, ad Orientis confinia, & *Gaditana littora*; amplissimis inter omnia infensa infesta constabilitis imperijs; vnde & GALLIÆ Cisalpinæ nomen in Italia, GALLOGRÆCIÆ in Asia, CELTIBERIÆ GALLÆCIÆQ. in Hispania. Strab. lib. 4.

Et nunc posteri victricium armorum mole, veterem illam & toti auulsam GALLIÆ partem, Belgium premunt, Germaniam vrgent, Catalauniam tegunt; & quam ante quingentos annos, Saracenis partim eiectis, partim domitis, ad Regiam Maiestatem, sub GALLO Principe Henrico, primi euexere, Lusitaniam fouent; ac simul, nulli tamen Italorum, nedum *Orthodoxæ paci*, calamitates importaturi; sed sua tantùm hereditario Andegauensium iure, vt ferunt, vel Aurelianensium titulo repetituri ab Hispano, se ostendunt Italiæ. ijdem, vt in hostili metuendi solo, in patrio semper inuicti.

Cæsar. lib. 1. de bell. Gall.

Tursell. Epit. l. 8. in Hen. iv.

Nam cui, Deus bone! aliquando fuit impune, (si breue illud Cæsarianum tempus excipias, cetera vel Romano fatente, belli gloria ante Romanos) cui, inquam, impune, *asperum tactu Leonem irritasse, quem cruenta per medias rapit ira cades?* Sciunt Angli, à Lotharingia fæmina diuinitus pulsi; sciunt Mauri, Hispanorum terra diu potiti, in GALLORVM terra, non audita aliàs & in-

Sal. in Catil.

Horat.

Baron. A. 725

credibili strage, ad CCCLXX Millia à GALLIS vno prælio occidione deleti. Et ille scit, qui fastoso emblemate *Columnas* posuerat, gloriæ metam, & *non plus vltra*; vbi GALLIAM ausus intrare, ad Metim *Cancro* reperto & *plus citra*.

Famian. hist. Belg. lib. 1.

At calor hic subito cum sudore languescit; obijciunt non nulli, ac vetus illud; prima prælia plusquàm Virorum, postrema minùs quàm fæminarum. Ridemus. & tot expugnatæ feliciter munitissimæ arces, tot pugnatæ fortiter pugnæ, mendacij conuincunt. Et Marcellos, & Fabios sciunt agere; impetu & mora docti rem gerere. Aut dicant; cur olim quoquè tantus terror GALLICI nominis, & inuicta armorum felicitas? cur omnis Italia illo metu aliquando contremuit? & nulli Romanorum data, imminente GALLICO bello, militiæ immunitas? vt nec mirum, si quis inde è veteribus calumniator extiterit.

Flor. l. 2. c. 4.

Liu. lib. 10.

Iust. l. 25.

Sal. in Iugurt.

Appian. lib. 2

Vnum tamen, aut alterum aliquod oppidum irrito conatu tentatum. Quid ergo?

Nec semper feriet quodcumque minabitur arcus.

Stat Vrbatellum, Ilerda? non alia, quæ non opus est dici. & fortasse, me quidem arbitrante, licet amicabili vtrinquè gratia tripudiantes longùm pæanissent, io triumphabundi, io canant, io triumphe; hi de non captis, hi de captis; vt libet.

* *Dunckerchiū, Portus-longō, Plumbinum, &c.*

Verùm in tanta iratæ Palladis cura, dicet aliquis

quis, nulla fuerit quietæ, & circumfrementibus armis litteræ conticescent. Imò iam tum puer olim ego didiceram, Græcis literis GALLOS vti solitos, & Græcanica sapientia ad Pythagoræa scita in primis excultos; carminibus magno numero ediscendis solo memoriæ præsidio laboriosè deditos; qui & conuictores poetas præcipuo in honore haberent, qui fortia Virorum illustrium facta, heroicis composita versibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarent; & iam pridem mihi doctos GALLIÆ ciues ingerit *Claudianus*; GALLOS ingenio acutos, & à doctrina minimè alienos testatur *Diodorus & Strabo*; deducem ab Helicone GALLIAM commendat *Simmachus*; ad GALLICANÆ facundiæ haustus ore nimis inhianti semper anhelus; erudita ingeniorum certamina græcè latineq. in GALLIIS memorat *Suetonius*; Lugdunensem Rhetorum Aram, facundam alibi GALLIAM celebrat *Iuuenalis*; & Studia GALLIARVM florentissima laudat *D. Hieronymus*. Sic nempe GALLIA, quod magnus Doctor etiam dicit, Viris semper fortissimis & eloquentissimis abundauit. sic verum, quod *Sosipater ex Varrone* confirmat, GALLIAM duas res *industriosissimè* persequi, rem militarem & argutè loqui. sic GALLI meritò Herculem, vt fortitudinis & eloquentiæ Numen, ingenioso quodam simulacro propriũ

Cæsar. lib. 6.
Possid. lib. 23.
Ammian. l. 15
4. Hon.
Lib. 6 c. 9.
Lib. 8. ep. 69.
Lib. 9. ep. 88.
Calig. c. 20.
Sat. 1. 15.
Ad Rust. ep. 4
Adu. Vigil.
Gram. lib. 2. cap. de adu.
Lucian.
Alciat. embl. 180.

sibi

ſibi ac peculiare antiquitus adorarunt; cuius terebrata de lingua catenulæ ex auro multiplices innumeram prope hominum turbam captiuam auribus traherent; Herculem verè Muſagetem, natalibus alienum, adoptione facerent ſuum, Herculis æmuli; atque idem malorum hoſtis, bonorum vindex, terrarum mariſq. pacator, vt cum Sapiente Hiſpano loquar, idem tricorporis victor Gerionis, & Græcus pariter diceretur & GALLICVS.

De Ben. l. 1. c. 13.

Quòd ſi eiecta barbaries, & poſt longas tenebras ingenijs lux reddita; vnius maximè Caroli Magni GALLORVM Regis & Imperatoris beneficium eſſe, quis tam rerum ignarus, qui neſciat, tam malus mente vel ſtultus, qui neget? Qui ex regio ærario Doctoribus liberaliſſimè ſtipendia conſtituit; ipſe tam inſigniter doctus, quàm egregiè pius; qui Hadriani Summi Pontificis obitum cum lacrymis etiam carmine, quod adhuc legas, decorauit.

Baron. A. 795.

Ac nimium deinceps quantum omnis honeſtior diſciplina, omnis ætas GALLIÆ debeat, vel parenti bonarum artium, vel altrici; quid inſtar multorum Cuiacij de Iuriſprudentia, noui Bartoli; quid nuper Fabri de Medicina, noui Galeni, meruerint; quàm verè dictus ſit Muretus, homo GALLVS, Latiũ Romæ latinè loqui docuiſse; quid è prælegẽte Mureto auditor hauſerit

Bon-

Bonciarius noster, quâtum è GALLICANA illa aura traxerit Etrusca Syren Petrarca; & nè prophana vel humilia consecter; quantum Orbi Christiano Bernardus dederit meri diuini mellis; quantum puræ superæ hilaritatis GALLICANO cothurno sublimis Hilarius; & vt vno nomine omnia complectar, quantum radiorum ac lucis Sol alter effuderit, Parisiensis scholæ Alumnus idem & Doctor, Magnus Aquinas. Nè forte quis credat, solam *bonam Ingeniorum Matrem Hispaniam esse*; aut obstrepentibus in vicinia GALLICIS armis, non futuram suam nostris Musis securitatem; aut GALLIAM rudem censendam & barbaram; quæ adeò non minùs operata Mercurio quàm Marti, loricatis togata pectoribus, & vibrare ensem, tractare calamum pariter docta, vt sic metaphoricè vel ridiculi gratia interpreter, Asinis est inimica, si Aristoteli fides, quos non alit.

D.Hieron. ad Paul.ep.13.

* Lips. cent ad Ital.ep 99.

Cæsar lib.6.

Hist.An.l.8. c.28.

In hac igitur tanta armorum litterarumque gloria, quid mirũ si nostris opibus lõgè maiores, & beneficia dare magis soliti quàm accipere, nostris nec ministris nec militibus nec Doctoribus indigent, vt nescio qui? quamquam & inter GALLICANA Lilia sępiùs scimus micuisse, & nunc micare in Cæsare Oddio, Augustum gladium; fulsisse vt nuper in Francisco Vbaldio Augustam togam. Sed profectò vulgaria ista sint

ſint nimis; & lucente Sole, aſtra in Cælo quis quærit?

Gottifredi, GALLICI Achillis, cui non impar contigit prçco Homerus Italus, nonnè ſtirpem agnoſcere & iactare famam Peruſiæ poſſumus, in Baleonijs Bulionios? Vel ſi leuia adhuc loqui videmur; ab antiquis retro temporibus, vt aliqui à Corinthijs Alexandri, Peruſina Ciuitate ambitioſè donati exceptique, Peruſini hodieq. amant & cenſeri & dici, affectuq. & affinitatibus & beneficijs verè ſunt, FRANCORVM ſanguis non Procerum ſed Regum, Heroum genus, Borbonij Marchiones, Montij Dynaſtæ.

Sen de Ben. l.1.c.13.

Hic ego priuatim aliquid gloriarer, niſi ſi ſuperbum aut inuidioſum putarem. ſed fortaſſe cum venia licuerit, ac tantùm publicæ venerationis ergò; quòd ſummam mihi viſus tangere felicitatis, cum ex nobiliſſima Domo nuper habui humaniſſimos fratres, & hoſpites & contubernales & auditores, habiturus æternùm, vt ſpero, beneuolos beneficos patronos. etſi illos pridem martialis indoles, & domeſtica laus in bellum abſtraxit, Marium & Horatium Montios.

Nulla tamen illuſtriora ſunt merita, quàm quæ petuntur à cælo; vt Peruſia nouis quàm veteribus clarior titulis, non iam Auguſto ſacra, ſed

Diuo,

Diuo, efflorescentibus passim LILIIS, regale caput animosiùs attollat, LVDOVICO, ex regnatrice GALLIÆ prosapia, sanctissimi illius GALLORVM Regis LVDOVICI IX. ex CAROLO fratre I. Neapolitanorum Rege, Nepoti; cui saccus pulchrior purpura, funis diademate, sceptro lituus; Minoritæ Maximo, Tolosatum Episcopo LVDOVICO addicta Præsidi & Tutelari deuota. vt indignationẽ vix equidem teneam, si quis *grata insidere memoria* malit adhuc, minuta beneficia quàm grandia, priuata quàm publica, & diuina super, humana. *

Nam verò GALLIAM nihil iustiùs quàm Religio commendet. Religio, non quæ vana gentium superstitione, veteri Druidum disciplina, Apollinem, Iouem, Mineruam, ceteraq. huiuscemodi Numina docuit colere; quæ pro victimis homines recepto sacrificio immolare, vel se vouere immolaturos suasit, quot hostias prope dixerim totidem Decios; sed Religio, quæ cælum ipsum fecit illustrius, tot in beatam æternam Coloniam transmissis ciuibus, tam insigniter aucto semper mentium numero beatarum: Religio, cum Magdalena primùm, & sorore Marta, & Lazaro fratre, Massiliensium primo Episcopo, quorum laus est in Euangelio, statim inuecta feliciter, & in Regnum latè diffusa. Religio, cuius tuendæ propagandæq. studio illæ to-

Cæsar lib. 6.

Vide Martyrol. Rom.

Baron. A. 35.

Ribad. in Vit. Sanctor.

ties susceptæ semper triumphales in Africam, in Syriam, in Thraciam, in Hispaniam expeditiones. Religio, cuius amor iussit Ecclesiæ Romanæ sanguinem deuouere perpetuum; quæ toties immensa agmina aduersus Pontificiæ Maiestatis violatores immisit; & Monarchiam principem Romanorum ancillam fecit esse Pontificum; vt illud vaticinij vicem habere merito possit: *Quamdiu Reges FRANCORVM durauerint, Romana dignitas non peribit*. cui quasi parum dederint in Italia, tot Oppida Vrbes Prouincias Insulas, Rauennæ Exarchatum, Piceni Pentapolim, Spoleti, Beneuenti Ducatum, & quæ sigillatim recensere sit lõgum; GALLICI quoq. Regni portionem, veluti gemmæ parergon illustre additum voluere, Auenionensem Comitatum.

D Aug. siue Auctor tract. de Antichr.

Baron. A. 755.

Volater. l. 3. Geogr. pag. 58.

Fuerit ergo alijs gloriosum, neque enim vlli inuidere par est, *Christiana sub oculos non calcata mysteria; & nunquam concitum dedecus Pontificijs fascibus*: asserti & vindicati fasces Pontificij, præcipuum GALLORVM Regum est decus; propagati fines Pontificiæ ditionis; præcipua GALLORVM Regum sunt munera: vt exclamare hic libeat. si tanta in non ablato laus, quanta esse debet in dato dignitas?

Nec ineptè aliquis cauilletur. nam quid illa fuerit superiore sæculo infanda direptio, ego nescio. ceterùm hoc mihi dicunt consentientes hi-

Guicc. lib. 18.

historici; aduentante demum Lautreco FRANCI Regis Duce, sacrilegas copias cessisse; pestilentia in Vrbe relicta. Et oculati testes ipsi meminimus, ac recens fama deprædicat, quantùm nuperis armorum tumultibus, LVDOVICO IVSTO superstite non erupturis, in Etruria vel in Æmilia GALLICVM inclaruerit, Casteluillanum, Valencenium Nomen. Tursel. epit. lib. 10. In Carolo V.

Sed & GALLORVM Reges, vt inaugurandi iurant, in hæresim vibrant arma; quam, vel omni teste Antiquitate, de alienis quoq. finibus, adeò de suis, semper exturbarunt. & GALLIA rectissimæ, *cum Agathia,* in re Christiana opinionis; *cum Hieronymo* verè monstra non habuit; candidis atque innoxijs perpetuò LILIIS, in quibus procul à consortio spinarũ pasci & delitiari amat cælestis Sponsus. Parcant modò miserãda GALLIÆ tempora obiectare, & ad sua reflectant; neu dissimulare velint experti, quàm arduum, cõtumacibus animis imperare, prauas errorum fibras euellere, eradicare *zizania,* vel triumphorum inde segetẽ potiùs videant, & gratulationes donẽt, non conuitia. Scimus, scimus; & historiæ loquuntur. Ex Cæremonial. in iuram. quod præstãt sedentes in folio. Lib. 1. Adu. Vigil. Matth. c. 13.

Grassante per Germaniam Lutheri lue, diu se quidem GALLIA seruauit incolumem; sed furialis ex Erebo pestis occasionem nacta, dum *FRANCISCVS I. litterarum ac litteratorum amans, vt ferme litteras fouent, qui digna litteris gerunt,* Lute- Famian lib. 3.

tiæ Academiam instaurat, illa sese latenter insinuat & miscet. non serpere tamen vltra potuerat, ipso statim exortu opprimenda, nisi acerba & importuna mors Regis teneram liberorum ætatem & crescenti imparem malo reliquisset. Ità miserè distracta in partes & vexata ac prope funditus perdita plusquã ciuilibus discordijs GALLIA. ita aliquod Religioni damnum, sed vindicatum citò. ità aucta factiosorum licentia, sed impunis nõ diu. Nam quis ille inter paucos memorabilis ad Xantonicum conflictus, quo fama est, visas cælestium equitum turmas pro GALLO Rege pugnantes? & quæ mox altera insecuta tempestas sanguinis, Parisios inundantis; tonante, fulminante GALLICO Ioue? cum ad vnum CAROLI Regis edictum vno die ad LX. sectariorũ millia cũ ipso duce Colinio sunt cæsa.

Tursel. epit. lib. 10. in Maxim. 11.

* Iam licet exprobrentur etiam *Siculæ Vesperæ*; dum hæc vnâ memorentur Matutina Lutetiana, Bartholomæana Nocturna; mactatisq. vtrinquè tot victimis, illam mihi fateantur vltionis aram, hanc pietatis, illic sæuitię litatum, hìc Religioni. Atque vtinam, (neque aliter loqui Christianum decet) nè reddita alicubi audiamus pro *Vesperis* Completoria.

Famian. lib. 7

Sed veterem Regum gloriã noua LVDOVICI XIII. obscurat fortis inuicta pietas; cui feralis Hydrę tandem extinctæ propitij Superi decus

cus dedere; vt debellato Bearnio; subactis sanitatem pati prouincijs; excisa Rupella; tot solo æquatis impietatis arcibus, tot trucidatis sacrilegorũ millibus, *catenatoq. Luthero, ac trepido sine honore Diti*; iam suos in Lemures euanuerint Hugonoti; vix memoria sit reliqua, ac tantùm nomen; & hoc quoquè breui tollendum, speramus, à felicitate regnantis, & longùm regnet feliciter, FILII, LVDOVICI XIV. cui & supplices tendit palmas, & palmas ostentat faciles Hierosolyma; nouum assurgentẽ SOLEM pallida iam fugiente Luna; iam vicino, quod ipsa solis horret à GALLIS, Othomanicæ Domus excidio. *Quem deuincta vocat Græcia compede, Iordanes vocat, & sacrum CHRISTI Sepulchrum Vindicem moratur.*

V. Guinis. Alloc. 15. B arcl. præf. in Arg. Laur. Carm.

Mascul. l. 16. od. 11.

Baron. A. 963

Vrban. VIII. de S. Ludou.

Cum bona itàque pace, vt *cælestis Rhemensis Vnctio* GALLORVM Regibus, & *strumarum* durat non humana *curatio*, suis titulis possint frui, & vim suam habeant oracula Pontificia; vt tam animosè dicamus, quàm verè; Illos Catholicos, illos Christianissimos Principes, Ecclesiæ primogenitos; illos Atletas Christi strenuos, solicitos Fidei Christianę defensores, *cũ Vrbano IV.* illos præ ceteris totius Orbis Regibus semper Apostolicæ Sedi obsequiosos & deuotos, *cum Innocentio III.* quorum Regnum, quasi pharetram *Gregorius IX. asseruit*, quam sibi Christus circa femur accinxit, ex qua sagittas electas ex-

D. Thom. de regim. Princ.

D. Greg. Tur. lib. 2. c. 31.

tra-

trahens, ipsas, vt sibi gentes & Regna subijciat, in arcu brachij potentis emittit: & *cum Magno D. Gregorio* fortiter acclamemus:

Lib. 5. ep. 6.

QVANTO'
CETEROS HOMINES
REGIA DIGNITAS
ANTECEDIT;
TANTO'
CETERARVM GENTIVM REGNA
GALLICI REGNI
PROFECTO' CVLMEN
EXCELLIT.

Et hæc pulcherrimarum laudum seges tam læta, nonnè facilè tãtum vel ieiuno Oratori suffectura verborum, quantum semihorulę satis foret? Sanè ità opinor. sed abstineo, non temerè Horat. ausurus, *magna modis tenuare paruis*. quin agite, prece cogamus humili vel contumaci, laudarę GALLIAM laudatorē Hispaniæ; vt qui Hesperus fuit, idem sit Lucifer; nec malignè patiamur, fieri minora decora, quę certè sunt paria, eloquẽtiã minori. non ego par Atlas illi cælo. aut vero De Rep. Platonis verbo; *difficiles & cũ discrimine hi sermones*.


Tantùm cum Comico, *vt quiescant porrò moneo,* Prol. Andr. si qui modò fuerint GALLICÆ laudis inuidi obtrectatores, *& desinant maledicere*. quamquam ego, disertè iam nunc profiteor, in clypeo fortasse

tasse iterum, si opus at certè nunquam in gladio.

Videtis igitur, optimi Auditores, in quàm ancipiti rerum articulo sim; quibus premar difficultatibus, vt incertus animi pendeam; inops à copia, in diuitijs pauper. Vestrum est decidere, & in quam partem velitis, hærentem impellere. mihi sola parendi gloria est relicta, vestra arbitria, mea obsequia. Quid Oratorem deinceps iubeatis, videte; vt qui ab artificio non potest, placeat à materia, quam ipsi dederitis. Induam ego multiplices pro vestris nutibus formas, *PROTEVS* fiam.

Si quod interim vnum è multis *Argumentum* minùs displicet, ei *Argumento*, quæso vos, plausum clarum date. Et cui dabitis? oh quis dubitat? PACI. optatæ. suspiratæ PACI. Serenæ PACI.

CANDIDÆ LILIATÆ INNOCENTI DIVINÆ ÆTERNÆ PACI.



Nomina VIRORVM ILLVSTRIVM, quorum in PROTEO incidit mentio.

LECTOR.

Adde omissa pag. 17. post locum Iuuenalis. Et quam magistram studiorum Massiliam effert Tacitus; (*in Agric.*) non Græciæ solùm, sed propemodum cunctis Gentibus præfert Cicero; (*pro Flacco*)

Corrige ista pag. 26. v. 6. antecellit, *antecedit. v. 9.* culmen, *profectò culmen.*